



<https://www.biodiversitylibrary.org/>

**Fauna svecica : sistens animalia sveciae regni: mammalia,  
aves, amphibia, pisces, insecta, vermes, distributa per  
classes & ordines, genera & species, cum differentiis  
specierum, synonymis auctorum, nominibus incolarum,  
locis natalium, descriptionibus insectorum**

Stockholmiae, Sumtu & Literis Direct. Laurentii Salvii, 1761

<https://www.biodiversitylibrary.org/bibliography/46380>

**Item:** <https://www.biodiversitylibrary.org/item/100333>

Article/Chapter Title: Fauna Svecica sistens Animalia Sueciæ Regni

Author(s): Linnaeus

Subject(s): Classification

Page(s): Page 186, Page 187, Page 188, Page 189, Page 190, Page 191, Page 192, Page 193, Page 194, Page 195, Page 196, Page 197, Page 198, Page 199, Page 200

Holding Institution: Smithsonian Libraries and Archives

Sponsored by: Biodiversity Heritage Library

Generated 26 May 2024 7:02 AM

<https://www.biodiversitylibrary.org/pdf4/1702905i00100333.pdf>

This page intentionally left blank.

fus est & scaber, margine caput spectante nigro. *Elytra* oblonga, obtusa, planiuscula, nigra, punctis elevatis scabra, sunt hæc basi rubra, fascia transversali linearī alba duplī; quarum thoraci proprior supra medianam longitudinem antrorsum flexa; altera vero fascia paullo supra apices elytrorum sita, etiam alba, sed latior, ad futuram longitudinem antrorsum flexa. Capite subrotundo a reliquis differt. Durities infecti, pedum tenacitas, unguium antennarumque insertio, mordendique conatus irritus evincunt affinitatem cum curculionibus.

#### 642. ATTELABUS *mollis* griseus pubescens, elytris fasciis tribus pallidis.

Habitat in Lucis.

DESCR. *Caput* ferrugineum. *Thorax* niger, villosus. *Elytra* nigra, flexilia: fasciis 3 pallidis: quarum prima ad basin, tertia in apice. *Abdomen* rubrum. *Pedes* pallidi geniculis nigris. Totus subpileatus est.

#### 643. ATTELABUS *Cerambooides* ater, elytris rugosis.

Habitat in Sylvis.

DESCR. *Corpus* magnitudine Scar. stercorarii. *Elytra* rugosa & variolosa. *Antennæ* clavatae, moniliformes. *Pedes* clavati; postici apice appendiculati s. unguiculo.

#### 644. ATTELABUS *Buprestoides* ater, elytris nervosis, thorace subgloboso.

Buprestis ater. Fn. 554.

*Act. upf.* 1736. p. 19. n. 2. Attelabus ater maximus cylindraceus, pectore crassiusculo: ore forficato.

*Frisch. germ.* 13. p. 23. t. 19. Scarabæus arboreus, collo crasso.

Habitat inter quisquilias locis siccis.

DESCR. Hoc insectum singulare; an hujus generis, vix certo constat; differt enim facies, locus, notæ plurimæ. Os enim longa forfice & acuta cum unico a latere interiore denticulo. *Corpus* totum atrum est, punctisque minimis excavatum. *Antennæ* filiformes sunt, crassiusculæ, breves, nec thorace longiores. *Thorax* nullo modo marginatus; antice & postice, ubi articulatur, pili minutissimi rufi. *Caput* extra thoracem prominet; femorum posticorum par spatio a reliquis magis remotum est, quam in ullo e nostris nobis notis insectis. *Caput* cum thorace fere adtingit longitudinem elytrorum. *Elytra* singula duabus tribusve striis elevatis notantur.

## Cerambyx.

#### 645. CERAMBYX *planatus* thorace marginato scabro antice dentato, corpore nigro, antennis pedibusque ferrugineis.

Habitat in Suecia.

DESCR. Magnitudo dupla pediculi. Corpus depresso. *Antennæ* piceæ, longi-

longitudine fere corporis. *Thorax* margine utrinque scabro & antice mucronato. *Elytra* opaca, striata, stria laterali elevata. *Pedes* ferruginei.

646. CERAMBYX *Faber* thorace marginato utrinque unidentato rugoso, elytris piceis.

*Frisch. inf. 13. p. t. 18. forte.*

Habitat passim.

DESCR. Magnitudo C. coriarii. *Antennæ* vix corporis longitudine. *Thorax* punctis excavatis rugosus, ut totum corpus nigrum. *Elytra* non striata.

647. CERAMBYX *coriarius* thorace marginato-dentato, corpore piceo, elytris mucronatis, antennis corpore brevioribus.

Cerambyx niger, thorace planiusculo: margine utrinque tridentato, coleopteris piceis. *Fn. 480.*

*Frisch. germ. 13. p. 15. t. 9. Cerambyx niger, antennis serratis.*

*Raj. inf. 95. Cerambyx maxima, cornibus magnis articulatis & reflexis.*

Habitat ad *Medevi* acidulas.

DESCR. Corpore maximo, antennis longiore, planiusculo; facies ferme Scarabæi tridentati.

648. CERAMBYX *meridianus* thorace spinoso, elytris fastigiatis fusco s. antice subtestaceis, pectore nitente.

Leptura meridiana. *Syst. nat. 10. p. 398. n. 7.*

Habitat passim.

DESCR. Femina tota nigricans. MAS Pectore, Abdomine, Pedibus, exceptis geniculis nigris, testaceus. *Elytra* subtestacea, apice nigra. *Thorax* parce spinosus, etiam abdomen certo situ aureo resplendentia.

649. CERAMBYX *lamed* thorace spinosa pubescente, elytris fastigiatis lividis: fascia obscura longitudinali flexuosa, antennis brevioribus.

Leptura nigra, elytris nigricante lividoque variis. *Fn. 498.*  
Habitat in *Roslagia*.

DESCR. Magna. *Elytra* livida basi & medio extrorsum livido, reliquo nigricante, s. fasciæ duæ latæ oblique fulcæ. *Corpus* totum nigrum. *Thorax* utrinque spinosus.

650. CERAMBYX *nebulosus* thorace spinoso, elytris subfastigiatis: punctis fasciisque nigris, antennis longioribus.

Cerambyx cinereus, elytris punctis nigris fasciisque nigra, antennis corpore sesquilongioribus. *Fn. 483. It. gotl.*

273.

Habitat in Gotlandia ad fodinas Burvicenses.

DESCR.

**DESCR.** Hic inter minores omnino numerandus est. *Caput nigricans. Antennæ corpore sesquilongiores apice tenuissimæ: articulis singulis superne nigris inferne pallidis. Thorax utrinque denticulo notatus, superne cinereus punctis nigris maculatus. Elytra cinerea, punctis minimis excavata, non striata, præterea punctis inæqualibus nigris irrorata, densius versus basin; fascia dein nigra transversalis latiuscula in medio elytrorum.*

**651. CERAMBYX hispidus** thorace spinoso, elytris subpræmoris: punctis tribus hispidis, antennis hirtis longioribus.

**Cerambyx cinereus;** elytris præmoris nigris punctis fasciæ alba, antennis corpore sesquilongioribus. *Fn. 484. t. I.*  
Habitat sæpe in domibus.

**DESCR.** Longitudo muscæ domesticæ, sed angustior. *Totus cinereus est, punctisque nigris irroratus: striæ aliquot elevatæ in elytris, & fascia alba transversalis latiuscula in medio elytrorum, basi tamen paullo propior. Thorax aculeis prominulis, præsertim lateralibus. Antennarum articulis superne nigris, inferne cinereis. VARIETAS in aliis fascia albida cordata in parte anteriore coleopterorum; postica pars elytrorum retusa, acute præmorsa s. dentata.*

**652. CERAMBYX moschatus** thorace spinoso, elytris obtusis viridibus nitentibus, femoribus muticis, antennis medioribus.

**Cerambyx viridi-cærulescens,** antennis corpus subæquantibus. *Fn. 478.*

*Act. upf. 1736. p. 120. n. 1. Cerambyx viridiæneus.*

*Mouff. lat. p. 133. f. ult. Cerambyx tertius. p. 134.*

*List. logu. p. 384. n. II. Scarabæus magnus suaviter olens.*

*Raj. inf. p. 81. n. 17. Scarabæus Capricornus dictus major viridis odoratus.*

*Frisch. germ. 13. p. 17. t. II. Scarabæus arboreus cæruleo-viridis.*

Habitat in Salice, odorem spargens gratum & fragrantissimum.

**DESCR.** Quoad ipsum corpus inter nostras maxima est hæc species; *Totus cæruleo-viridis aureo nitens. Abdomen supra cæruleum. Alæ nigrae. Pedes colore cum reliquo corpore convenient; pedum tarsi subtus villosi, glauci; Tibia terminatur spina. Thorax utrinque mucrone gaudet, intra hos mucrones tria tubercula paullo minora, elytris propiora, & nonnulla alia tubercula adhuc minora anterius. Elytra minutissimis rugis, fibrisque tribus longitudinalibus parum elevatis notata, oblongo lanceolata, flexilia. Antennæ vix longitudinem corporis adtingunt, harum articuli per gradus versus extremitatem breviores sunt, contrario ac in reliquis modo.*

**653. CERAMBYX ædilis** thorace spinoso: punctis quatuor luteis, elytris obtusis nebulosis, antennis longissimis.

*Ceram-*

*Cerambyx nebulosus*, antennis corpore longioribus, thoracis punctis quaternis luteis. *Fn.* 479.

*Mouff. lat. in appendice tab. penult. (Mas.)*

*p. 151. f. 2. Scarabæus. VII. ex Russia.*

*Pet. gaz. 14. t. 8. f. 8. Capricornus russicus cinereus, cornubus longissimis.*

*Frisch. germ. 13. p. 18. t. 12. Scarabæus arboreus, antennis longissimis.*

*Act. upf. 1736. p. 120. n. 2. & 3. Cerambyx fuscus, antennis corpore quater longioribus.*

*It. æl. 8. Cerambyx nebulosus &c. ut supra.*

*Smolandis Timberman.*

Habitat frequens in linteribus & arborum truncis decorticatis, dum ex his domos extruunt ruricolæ, hinc pueris nostris dicitur Timberman, i. e. Aedilis; omnibus notissima species: vulgus hunc lædere religioni apud nos ducit.

*DESCR.* Pollicem transversum longum est corpus, totum cinereum. *Elytra* obtusa, pilis minutissimis adspersa, inter quos pilos tubercula seu puncta minutissima prominent confertissima; umbra nigricans coleoptera transversim ambit versus posteriora in medio curvata. *Thorax* etiam cinereus, mucrone utrinque prominulo, & punctis quatuor luteis transversalibus a tergo. *Oculi* nigri, punctum pone antennas nigrum. *Antennæ* ipso corpore quintuplo longiores, ex 10 articulis cinereis, versus apicem nigris, quo capiti propiores, eo breviores. *Alæ* nigricantes, venis fuscis.

Fæmina ano prominet; huic antennæ ipso corpore triplo longiores: maris autem cornua quintuplo vel sextuplo corpore longiora.

654. *CERAMBYX alpinus* thorace spinoso, coleoptris obtusis: fascia maculisque quatuor atris, antennis longis.

*Cerambyx subcærulescens, fascia maculisque quatuor nigris.*

*It. scan. 260. \**

Habitat in Scania, Blekingia.

655. *CERAMBYX Sutor* thorace spinoso, elytris obtusis atris subnebulosis, scutello pallido, antennis longissimis.

*Cerambyx ater, elytris punctatis maculis pallidis sparsis; antennis corpore longioribus, thorace spinoso.* *Fn.* 482.

Habitat in sylvis.

*DESCR.* magnus & ater est. *Oculi* nigri pone antennas excurrentes. *Thorax* utrinque angulo majori armatur; macula ferruginea ad basin elytrorum introrsum. *Thorax* & *Elytra* atra punctis sparsis fere contiguis excavatis (nudo oculo manifestis). *Puncta* flava, sparsa super thoracem & elytra. *Mas* antennis nigris triplo aut quadruplo corpore longioribus; *Fæmina* antennis corpore sesquialongioribus nigris, articulis singulis versus basin cinereis.

656. CERAMBYX *Textor* thorace spinoso, elytris obtusis convexis atris, antennis mediocribus.

Habitat in Sylvis.

DESCR. *Corpus* nigrum atomis cinereis irroratum. Maculæ ferrugineæ in Pectore & Abdomine.

657. CERAMBYX *Fur* thorace spinoso gibboſo, coleoptris ovatis: fascia dupli ci albida, antennis filiformibus mediocribus.

*Cerambyx testaceus*; elytrorum fascia dupli ci albida, thorace spinoso. Fn. 487.

Habitat sæpe in herbariis antiquis, ubi e foliis farinam conficit & coacervat. Destruit Musea pessimus omnium. Consumit etiam Tabacum viroſſimum. Arsenico cum alumine usto occiditur Kramer. Frequens etiam in pane sicco diutius asservato.

DESCR. Magnitudo pediculi. *Corpus* totum testaceum. *Elytra* vero saturatiſ colorata, ſuper quæ fasciæ duæ albæ, quarum pectori propior in medio non cohæreret, altera ano propior retrorsum in medio arcuatur ſeu fleſtitur. *Abdomen* ovatum & convexum admodum eſt. *Thorax* angustus mucrone utrinque prominulo; dum incedit anus terræ incumbit. Medius quaſi eſt inter Dermestes & Cerambyces, cum caput ſub collo retrahat & antennas non fetaceas, ſed filiformes gerat.

658 CERAMBYX *Cursor* thorace spinoso, elytris obtusis rufis margine lineaque nigris, antennis mediocribus.

*Cerambyx rufus*, coleopterorum lineis tribus nigris longitudinalibus. Fn. 481.

Habitat in Smolandia, Scania, Dalekarlia.

DESCR. Eſt hæc species inter maximas hujus generis. Abdomen, pedes, os, frons obscure rubra; ſed abdomen pilis canis tectum. Thorax aculeis lateralibus majoribus, utrinque ſolitariis apice rubris; & pluribus minoribus intermediis. Inter antennas duo tubercula rubra. Elytra tuberculis elevatis ſcabra, villisque minimis adſpersa. Elytra ad basin angulos formant, e quibus ad apicem fascia ſeu linea lata nigra excurrit, ut & a Scutello per utrumque elytron, ſecundum longitudinem futuræ; linea intermedia lata nigra uſque ad apicem elytrorum.

659. CERAMBYX *inquisitor* thorace spinoso, elytris nebulofus fuso-subfasciatis, antennis brevioribus.

*Cerambyx cinereus* nigro-nebulofus; antennis corpore dimidio brevioribus, thorace spinoso. Fn. 485.

Act. upf. 1736. p. 20. n. 1. *Necydalis cinereo-maculata* fulcata.

β *Cerambyx cinereus*, coleoptrorum fasciis duabus flavis, antennis corpore dimidio brevioribus, thorace spinoso. Fn. 486.

Habi-

Habitat passim in Sylvis.

*DESCR.* Caput vellere cinereo punctisque vix conspicuis nigris sub vel-  
lere; pone oculos versus pectus nigrum; punctum pone antennas ni-  
grum. Antennæ cinereæ, undecim articulis, corpore dimidio breviores,  
antrorsum protensa: tibiæ ad apicem duabus spinis armantur. Thorax  
cinereus, margine laterali nigro, in cujus medio mucro niger. Linea  
nigricans longitudinalis thoracis in medio tergi. Elytra oblonga, arcta,  
striis tribus longitudinalibus elevatis nitidiusculis; cæteroquin nebulosa  
sunt elytra ob maculas nigricantes temere sparsas; (& in quibusdam  
fascia duplex transversa nigra lateribus testacea). Totum corpus alias  
cinereum, nigro nebulosum, qui cinereus color a pilis minutissimis, ad  
cervinum colorem accendentibus, oritur.

¶ Hic antecedenti similis magnitudine, futura, facie, sed elytra, quæ  
magis fusca, gaudent duabus fasciis flavis adproximatis in medio ely-  
trorum.

660. CERAMBYX *carcharias* thorace mutico cylindrico, cor-  
pore griseo nigro-punctato, antennis mediocribus.

Cerambyx griseus nigro-punctatus, thorace inermi. *Fn.*

493.

*Pet. gaz.* 5. t. 2. f. 1. *Capricornus norvegicus nigrescens*,  
vaginis punctatis inaculisque pallidis adspersis.

Habitat in sylvis. *Mas* cinereus. *Femina* grisea.

*DESCR.* Totum corpus supra & infra lana grisea t. pallide-flavescenti-  
cinerea vestitur, per quam puncta glabra, sparsa, conferta emergunt.  
*Corpus* præcedenti crassius, maxillæ nigræ. *Antennarum* articuli  
grisei, sed apicibus nigri.

661. CERAMBYX *Populneus* thorace mutico cylindrico fla-  
vo-lineato, elytris punctis quatuor flavis, antennis medi-  
ocribus.

Habitat in *Populotremula*.

662 CERAMBYX *cylindricus* thorace mutice cylindrico: li-  
nea albida, elytris fastigiatis nigris, pedibus anticis pallidis.

*Roes. inf.* 2. p. 21. t. 3.

Habitat intra *Coryli* lignum.

*DESCR.* *Corpus* minus, atrum, opacum, punctis minimis sparsis cavis.  
*Thorax* cylindricus linea longitudinali albida. *Antennæ* longitudine cor-  
poris. *Pedum* Tibiæ & dimidia pars femorum anterioris paris ferru-  
ginea.

663. CERAMBYX *linearis* antennis mediocribus, thorace cy-  
lindrico mutico, niger, pedibus omnibus totis luteis.

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Simillimus C. cylindrico, at duplo major, magisque niger.  
*Antennæ* longitudine corporis. *Pedes* toti lutei.

664. CERAMBYX *oculatus* thorace mutico cylindrico luteo: punctis duobus nigris, elytris fastigiatis linearibus nigris.  
Habitat in Sylvis.

DESCR. *Corpus testaceum* uti abdomen & pedes. *Thorax cylindricus* a dorso punctis duobus nigris. *Antennæ longitudine corporis.*

665. CERAMBYX *serraticornis* thorace mutico subovali, corpore lurido-fusco, antennis compressis ferratis mediocribus.

Habitat in Sylvis.

DESCR. *Antennæ* valde compressæ & multum serratae. *Corpus totum pallide fuscum.*

666. CERAMBYX *ruficollis* thorace mutico subrotundo nudo, corpore lurido, antennis subulatis brevioribus.

*Cerambyx fuscus*, punctis thoracini impressis. Fn. 492.

Frisch. inf. 13. p. 21. t. 14.

Habitat passim in sylvis.

DESCR. *Antennæ* corpore paullo breviores: *Corpus lineare*, fere glabrum: singula *Elytra* striis duabus elevatis. *Abdomen ferrugineo-fuscum*; a tergo duæ cavitates impressæ, excepta linea longitudinali.

667. CERAMBYX *violaceus* thorace mutico subrotundo pubescente, corpore violaceo, antennis mediocribus.

*Cerambyx violaceus nitens*, antennis nigris, femoribus clavatis. Fn. 495.

Frisch. germ. 12. p. 33. t. 3. ic. 6. f. 1. *Scarabæus arboreus*, totus violaceus.

Act. upf. 1736. p. 20. n. 4. *Buprestis collari nigro*: elytris æneo-cæruleis.

Habitat in hortis & sylvis.

DESCR. Totum corpus e violaceo nitens, colore aureo & sericeo superbit. Thorax & elytra punctis contiguis excavata. *Antennæ* corpore ferme breviores, nigræ: *Femora* clavata cum pedibus atra. *Abdomen* nigrum. *Thorax* elytris obscurior, ad Lepturam aliquatenus accedit. *Thorax* planiusculus rotundatus absque spinis ullis. *Elytra* pone rotundata, nec præmorsa, planiuscula.

668. CERAMBYX *striatus* thorace mutico subrotundo, corpore nigro, elytris striatis, antennis brevibus.

Habitat in Sylvis.

DESCR. *Habitus* præcedentis, sed *Elytra* non striata. *Thorax* orbicularis, convexus. *Antennæ* corpore breviores.

669. CERAMBYX *variabilis* thorace mutico subrotundo inæquali glabro, pectoreanoque ferrugineo, antennis mediocribus.

Frisch. inf. 12. p. 345. t. 6. f. 3. 4.

Habi-

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Similis *C.* violaceo sed minor; variat colore. *Alter violaceus;* *Thorax* subferrugineus. *Pedes ferruginei.* *Femora clava nigra.* *Alter Thorace elytrisque lividis; femoribus similibus.*

670. *CERAMBYX testaceus* thorace mutico subrotundo glabro, corpore testaceo, antennis mediocribus.

*Cerambyx testaceus*, thorace glabro. *Fn. 491.*

*Act. upf. 1736. p. 20. n. 3.* Buprestis collari glabro, elytris testaceis.

Habitat in Suecia non infrequens.

*DESCR.* Vix a sequenti differt, nisi sola hirsutie thoracis. Antennæ longitudine corporis, uti femora & pedes testaceo-rufescentes. Thorax inaequalis, testaceus. Elytra punctis excavata, non striata, testacea.

671. *CERAMBYX curculionoides* thorace mutico: ocellis quatuor nigris elytrisque sesquialteris, antennis sublongioribus.

Habitat Calmariæ. Ad. Modeer.

*DESCR.* Magnitudo media. *Corpus* nebulosum, strigis flavis undulatis sparsis. *Thorax* à tergo ocellis quatuor atris itidē flava: quorum anteriores maiores prioribus approximati. *Elytra* singula, in medio, ocello simili, & inter hos ocello communis utrisque elytris.

672. *CERAMBYX bajulus* thorace mutico subrotundo villoso: tuberculis duobus, antennis brevibus.

*Cerambyx nigricans*, thorace villoso cinereo punctis duobus glabris. *Fn. 489.*

*Frisch. germ. 13 p. 17. t. 10.* Scarabæus arboreus, antennis parvis, collari cinereo duobus punctis.

*Act. upf. 1736. p. 20. n. 1.* Buprestis collari villoso, elytris cinereis.

β *Cerambyx testaceus*, thorace villoso cinereo: lineolis duabus glabris. *Fn. 490.*

Habitat in lignorum acervis.

*DESCR.* Totus niger est cum cineritiei mixtura. *Corpus* totum scabrum vel inaequale punctis prominulis inordinatis & pilis cinereis vagis. *Thorax* vero totus hirsutus, cinereus s. niger pilis albis & duobus & tergo punctis prominulis glabris, quibus ab omnibus differt. *Antennæ* nigræ, parvae, corpore dimidio breviores. *Oculi* in quibusdam deaurati. *Pedes* nigri; *tibiæ* duplice spina terminatae; in dorso elytrorum fascia alba undulata sed obsoleta, ut vix visibilis sit. *Femora* clavata. *Elytra* flexilia; Denticuli nulli in thorace.

β Facies antecedentis, sed omnino minor. *Antennæ* corpore breviores, testaceæ. *Thorax* villosus, cinereus s. niger pilis albis: a tergo punctis duobus oblongis, glabris. *Elytra* testacea, antennis pallidiora, punctis excavata, non tamen striata. *Femora* nigra. *Oculi* aurati. *Antennæ* pilis adspersæ, tertio articulo longissimo; tæpe fascia alba obsoleta in dorso; hinc adfinitas cum precedente summa,

673. CERAMBYX *sanguineus* thorace mutico subrotundo elytrisque sanguineis, corpore nigro, antennis mediocribus  
Habitat Upsaliæ Is. Uddman.

DESCR. *Simillimus* C. bajulo, sed thorax magis depresso, ater, at thorax supra, scutellum, elytra & anus sanguinea, holosericea tomento vix conspicuo.

674. CERAMBYX *fennicus* thorace mutico subrotundo: tuberculis subferrugineo - obsoletis, elytris violaceis, antennis longiusculis.

Habitat in Finlandia.

DESCR. Thorax niger, depresso-culus, lateribus una cum pectore rufus. Abdomen nigrum apice ferrugineo. Pedes rufi: femoribus nigris.

675. CERAMBYX *undatus* thorace mutico subrotundo tuberculato, elytris fasciis duabus undulatis, antennis submediocribus.

Cerambyx niger; elytrorum fasciis duabus albis undulatis.

*Fn. 488.*

*Act. upf. 1736. p. 20. n. 6.* Cerambyx *cinereus*, fasciis duabus pallidis.

Habitat in quisquiliis.

DESCR. Antennæ longitudine corporis. Femora atra. Caput & thorax nigra tuberculis a tergo, absque angulis lateralibus. Elytra nigra, postice pallescentia punctis excavatis, e quorum cavitatibus pilus exlurgit: duplex fascia alba transversa undulata, similiter punctis excavata.

676. CERAMBYX *castaneus* thorace mutico subrotundo, corpore nigro, elytris antennis pedibusque ferrugineis, antennis mediocribus.

Habitat in sylvis.

DESCR. Magnitudo præcedentis, sed paulo angustior. Thoracis latera rufa. Femora postica nigra. Affinis Cer. rusticus, sed minor.

## Leptura.

677. LEPTURA *aquatica* deaurata, antennis nigris, femoribus posticis dentatis. *Fn. 509.*

*Frisch. germ. 12. p. 33. t. 3 ic. 6. f. 2.* Scarabæus arboreus purpureo-aureus medius.

*Act. upf. 1736. p. 20. n. 3.* Leptura rubro-aenea.

Habitat locis humentibus, saepe in foliis *Nymphææ* & *Caricis* obvia. Pupa saepe radicibus *Phellandrii* adhæret subglobosa brunnea.

DESCR. Tota cupreo-aurata; capite, thorace, elytris pedibus punctis minutissimis, fere contiguis, excavatis, sed in Elytris digesta sunt puncta in 10 circiter ordines longitudinales, vix tamen inde striata sunt elytra.

Ocul.

Oculi nigri. Antennæ fuscæ; lente inspectum egregium plane est animal; hæc præcedentibus omnibus minor. Elytra truncata apice dum recens sunt Elytra rubro ænea, lateribusque viridi-ænea; punctum nigricans pone antennas prominens. Abdomen a capite versus caudam visum albo-argenteum est, a cauda vero versus caput nigrum. Femora articulantur cum corpore singulari artificio, globo scilicet intra cavitatem recepto. Pedes postici reliquis duplo longiores; horum femora compressa, versus basin angustiora, versus genua, latere interiore denticulo notata. Antennæ admodum approximatae & basi fere contiguæ; in medio circiter elytrorum toveola depressa angulum elytri respiciens. Corpus postice angustatum.

**B** Leptura subænæo-violacea; femoribus posticis dentatis.

Raj. inf. p. 100. Cantharis arundines frequentans tertia.

Act. upf. 1736. n. 1. Leptura cæruleo-nigra.

n. 2. Leptura viridi-ænea.

Habitat ad ripas sabulosas & arenosas frequens, ut in Nymphaea.

DESCR. Corpus oblongum, glabrum, vel violaceum s. e. nigro-cæruleo-æneum, vel viridi-æneum (forte texus differentia). Thorax cylindraceus. Antennæ filiformes, antrosum directæ, nigræ. Abdomen cinereum, magis obscurum, a parte anteriore visum albescens. Elytra striata, punctorum decem circiter ordinum, excavatorum; lente visa sunt pulcherrima; apex elytrorum truncatus, niger. Femora postrema maxima & longitudine & crassitie, rubra, ubi crassiora nigra; hæc femora subtus uno altero denticulo acuto, ut in chelis Cancri.

678. LEPTURA melanura elytris rubescens lividis, sutura apiceque nigris, thorace postice mucronato.

Leptura nigra, elytris rubescens lividis Fn. 499.

Raj. inf. p. 97. n. 6. Cerambyx capite, scapulis, antennis nigris, elytris flavis: extremitatibus nigris.

Act. upf. 1736. p. 20. n. 5. Leptura elytris testaceis, apice nigris (quæ mas).

n. 4. Leptura elytris rubris.

Pet. gaz. 46. t. 30. f. 5. Capricornus hamstad. exiguus, vaginis rubentibus apice nigro.

Habitat sat frequens in nemoribus.

DESCR. Corpus totum cum pedibus, antennis, omnibusque partibus, exceptis elytris, nigrum, oblongum, pone angustatum. Thorax absque spinis. Abdomen & tota insima superficies nigra quidecum est, sed certo respectu ad lumen, si anterius inspectatur, alba. Elytra attenuato-præmorsa apicis angulis utrisque acutis. Colore differunt elytra: aliis enim sunt saturate rubra absque ulla nigredine, & hæ Fæminæ sunt: aliis rubra, apice nigra ut & margine elytrorum exteriore & interiore: aliis testacea apicibus nigris & margine exteriore nigro, & hi mares sunt. Elytra infinitis punctis excavata, non tamen striata, & villis quibusdam vix conspicuis, præsettum versus posteriora, adspersa. Thorax & caput in quibusdam flava hirsutie adspersum. Penis longissimus, Tibiae omnes spina terminatae.

**β** Leptura nigra: elytris thoraceque flavescente. *Fn.* 501.

*Gadd. diss. 27.* Leptura thorace nigro nitido, elytris obsolete sordideque flavescentibus.

Habitat - - -

Hæc præcedenti minor, facie eadem, & forte sola varietas; sed *Elytra* minime rubra, verum obsolete sordideque flavescentia, versus basin angulata; nec *Abdomen* antice visum album nitidumque adparet.

679. LEPTURA *sanguinolenta* nigra, elytris sangvineis.

Habitat in Suecia.

*DESCR.* Similis L. melanuræ & rubræ, sed tota nigra, exceptis elytris solis & totis sangvineis.

680 LEPTURA *testacea* nigra, elytris testaceis, tibiis rufis, thorace postice rotundato.

Habitat in Europa.

*DESCR.* Statura Lept. melanuræ, sed paulo major. *Elytra* testacea, truncato-spinosa, absque nigredine ulla.

681. LEPTURA *rubra* nigra; thorace, elytris, tibiisque purpureis. *Fn.* 500.

*Frisch. germ. 12. p. 37. t. 3. ic. 6. f. 6. Scarabæus arboreus major purpureo-ruber.*

Habitat - - -

*DESCR.* Lept. melanura (quæ vulgaris) duplo major eique simillima. *Elytra*, *Thorax* & *Tibiæ* (sed non femora) coccinea; reliquum corpus nigrum est, & sub ventre, ante inspectum, albo lucens.

**β** Leptura nigra thorace elytrisque rufis. *De Geer.*

Habitat in Roslagia.

*DESCR.* Magna satis est. *Tibiæ* flavæ.

682. LEPTURA *virens* viridi-flava, antennis luteo viridiisque variegatis. *Fn.* 496.

*List. mut. t. 18. 23?*

*Aet. upf. 1736. p. 20. n. 6. Leptura maxima nigra, subtus virescens.*

*DESCR.* Inter Species hujus generis hæc maxima nobis est. Totum *Corpus* in se spectatum atrum est, sed pectus, thorax, abdomen, pedes, & maxima ex parte caput vellere e viridi-flavo testa. *Elytra* non striata, punctis tamen minutissimis adspersa; ad basin suturæ longitudinalis elytrorum villositas pectori concolor. *Corpus* pone adtenuatum & *elytra* præmorsa. Hæc species solis antennis ab omnibus nobis notis differt, quarum singuli articuli inferne lutei, superne nigri; hinc monilis instar e nigro & luteo variegatis. *Variat* etiam elytris viridibus, adeoque toto corpore viridi: elytrorum color luteo-viridis dependet a vellere minutissimo, quo deraiso elytra nigra sunt. *Femora* postica absque denticulo & *Thorax* absque angulis.

683. LEPTURA *sericea* viridi cærulea, elytris subfastigiatis.

Habi-

Habitat apud nos rarius.

DESCR. Corpus magnitudine Lept. aquaticæ, sed cæruleum, nitens totum. Antennæ nigræ vix corporis longitudine. Thorax quasi medius inter Lepturas & Cicindelas. Elytra punctato-striata.

684. LEPTURA quadrimaculata nigra, elytris lividis: maculis quatuor nigris. Fn. 502.

Habitat in sylvis. R. Hast.

DESCR. Est inter maximas. Omnia nigra, sed thorax & abdomen lana cinerea, in singulis Elytris macula una anterius paullo minor, altera posteriorius major magis quadrata & magis saturate ferrugineo-nigra.

685. LEPTURA interrogationis nigra, elytris lividis: fascia longitudinali arcuata maculisque quatuor nigris.

Uadm. diss. 35. t. 1. f. 2. Leptura Lamed. mas & femina.

Habitat in Sylvis.

686. LEPTURA sexmaculata nigra, coleoptris testaceis: maculis sex nigris margine connexis. Fn. 504.

Act. upf. 1736. p. 20. n. 7. Leptura elytris testaceis, maculis nigris.

Habitat in Sylvis.

DESCR. Totum animal nigrum est omnibus partibus, sed Elytra testacea, apice truncata, nigra macula terminata; in medio macula nigra margini exteriori annexa, quadrata; juxta basin macula oblonga, angulata, margini exteriori adnexa; intra hanc versus futuram longitudinalem macula ovata, nigra, parva, interiori margini adnexa: ergo elytra testacea s. pallida margine exteriori & interiori nigro; maculæ ad apicem elytrorum clavis coleoptris conficiunt simul unicam nigram maculam; in medio duæ maculæ quadratæ margini exteriori adnexæ constituunt binas distinctas maculas; maculæ ad basin elytrorum angulatæ & parum sinuatæ, margini exteriori adnexæ constituunt binas alias maculas; sed maculæ ovatæ, intra has interiori margini elytrorum adnexæ, simul coëunt in unam, adeoque sex maculæ, connexæ omnes margini elytrorum interiori nigro. Pedes spina terminati.

687. LEPTURA quadrifasciata nigra, elytris testaceis: fasciis quatuor nigris, thorace postice mucronato.

Leptura nigra, elytris macularum ferruginearum quatuor paribus. Fn. 505.

Habitat in sepibus. Malmborg.

DESCR. Est e maximis sui generis. Corpus totum nigrum, ut & Elytra quæ maculis ferrugineis quatuor parium insigniuntur, quarum intermedie undulatæ sunt. Thorax postice complicatus quasi est, vel Elytra testacea, fasciis quatuor nigris undulatis transversis, ultima terminatrice.

688. LEPTURA attenuata, elytris fastigiatis attenuatis fulvis: fasciis quatuor nigris, pedibus testaceis, thorace postice mucronato.

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* *Corpus* postice valde attenuatum, *Caput, Thorax, Pectus nigra.* *Abdomen ferrugineum apice nigro. Elytra fasciis quatuor flavis, totidemque nigris.*

689. LEPTURA *nigra* elytris fastigiatis, corpore nigro nitido, abdomine rufo, thorace postice mucronato.

Leptura nigra tota. *Fn. 503.*

Habitat ad acidulas Medevienses.

*DESCR.* Majuscula. *Elytra angusta.*

690. LEPTURA *virginea* thorace globoso nigro, elytris violaceis, abdomine rufo.

Cicindela elytris viridi-cærulescentibus, abdomine fulvo. *Fn. 552.*

Habitat in nemoribus ad radices montium.

*DESCR.* *Caput & Thorax* cum pedibus antennisque nigra. *Abdomen* post pedes fulvum, *Elytra* viridi-cærulescentia, nitida, punctis sparsis excavata. *Antennæ* 10 articulis.

691. LEPTURA *collaris* thorace globoso abdomineque rubris, elytris nigris.

Cicindela atra, thorace rufo, elytris nigro-cæruleis. *Fn. 551.* Habitat in Sylvis.

*DESCR.* *Corpus* totum atrum, glaberrimum, sed *Thorax* globosus ferrugineus, ut & *Abdomen* post pedes, a tergo flavum.

692. LEPTURA *rustica* thorace globoso tomentoso, elytris cinereis: fasciis linearibus albis undulatis.

Habitat in Sylvis rarius.

*DESCR.* *Corpus* mediæ magnitudinis, atro-cinereum, fere tomentosum. *Coleoptra* fascia una alterave, linearis, albida, undulata.

693. LEPTURA *mystica* thorace globoso tomentoso, elytris fusco-cinereis antice rufis; fasciis linearibus arcuatis lataque canis

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Magnitudo media, *Corpus* nigrum, *Elytra* a basi fero ad medium ferruginca: lineæ aliquot niveæ concurrunt in angulum acutum ad suturam dorsalem; ante apicem fascia albida.

694. LEPTURA *detrita* thorace globoso nigricante, elytris fuscis: fasciis quatuor transversis flavis, pedibus rufis.

*Udm. diss. 31.*

Habitat passim in Sylvis.

*DESCR.*

DESCR. *Thorax* subglobosus, fuscus annulis 2 flavis. *Elytra* subfuscata basi linea obsoleta flava; dein interrupta; deinceps 2 latiores ad apicem; ipse apex flavus. *Pedes & Antennæ* flavæ.

695. LEPTURA *arietis* thorace globoso nigro, elytris nigris: fasciis flavis: secunda antrorum arcuata, pedibus ferrugineis.

*Leptura nigra*, elytrorum lineis transversis flavis, pedibus testaceis. Fn. 507. It. scan. 183.

Raj. ins. p. 82. n. 22. *Scarabæus medius*, abdomine longo angusto, niger, lineolis & maculis luteis pulchre variegatus.

Frisch. germ. 12. p. 32. t. 5. f. 3.

List. mut. t. 31. f. 1.

loqu. p. 385. u. 14. *Scarabæus niger*, lineolis quibundam luteis distinctus, subcrocis pedibus.

Aet. upf. 1736. p. 20. n. 8. *Leptura* elytris nigris lineis flavis.

Habitat in pratis inter arbores, & in hortis.

DESCR. Est tota fusco-nigra, oblonga, angusta. *Thorax* margine superiore flavidus est. *Scutellum* ubi elytra conjunguntur puncto flavo notatur. Ad angulos *Elytrorum* macula oblonga, transversa, in utroque elytro, quæ aībæ non coēunt: in medio elytri utriusque est linea flava, arcuata, flexura deorsum spectante, pede interiore versus futuram cum opposita fere coēunte, hinc figura arietis; intra hanc & apicem linea transversa flava cum opposita connexa; apex elytrorum flavidus, ut & anus. caput, thorax & elytra villis tenuissimis testa sunt. *Elytra* apice truncata, licet extus præ pilis vix conspicue. *Pedes* rufescentes; tibiæ spina terminatae. *Antennæ* rufescentes, superne fuscæ. Alæ dum parum dehiscenti elytra aurato-purpurea lucent. Lineæ 4 flave sub abdomine.

696. LEPTURA *arcuata* thorace globoso nigro, elytris nigris: fasciis linearibus flavis tribus retrorsum arcuatis, pedibus ferrugineis.

Frisch. ins. 12. t. 3. ie. 4. f. 1.

Habitat apud nos rarius.

DESCR. *Antennæ & Pedes* postici ferruginei. *Corpus* attum. *Caput* linea flava antice, & inter antennas & ad basin: *Thorax* antice linea flava & duabus in medio ad latera. Puncta lutea: unum *Elytris* commune ad basin; dein unum utrinque; tum unum commune majus; deinceps punctum cum lineola; tandem arcus in singulo elytro & dein arcus communis; ultimo apices elytrorum lunula lutea terminati.

697. LEPTURA *scalaris* thorace subrotundo, coleoptris linea futurali flava dentata punctisque flavis.

*Cerambyx niger*, coleopterorum fascia longitudinali flava dentata: punctis flavis. Fn. 494.

*Fonst. inf. t. 15.* *Scarabæus minor* 52.

*Frisch. germ. 12. p. 29. t. 3. ic. 3.* *Scarabæus arboreus medius*, elytris nigris, ornamenti flavis.

*Act. ups. 1736 p. 20. n. 7.* *Cerambyx cinereus*, fascia alba.  
Habitat in sylvis.

*DESCR.* Tota nigra est, oblonga, lævis. *Thorax* vellere flavo indutus, macula nigra, quadrata in dorso; utrinque ad latera gibbus. *Elytra* nigra, glabra, punctis minutissimis excavatis, sutura longitudinali flava, dentibus variis oppositis, quorum par primum incurvum, secundum transversum, tertium adscendens, quartum deorsum gibbum, quintum minimum, sextum ultimum adscendens per marginem exteriorem; puncta aliquot difformia, flava, in medio elytrorum. *Antennæ* corpore paulo longiores. *Flavedo omnis* e villis minutissimis constat.

698 LEPTURA *præusta* thorace subgloboso fusco, elytris flavis: apice nigris, pedibus quatuor pallidis.

*Leptura nigra*; elytris flavis, apice nigris: *Fn. 506.*

Habitat in *Scania*. D. Leche.

*DESCR.* Vix pediculo duplo major, cylindrica, nigra; *Antennæ* longitudo fere corporis. *Elytra* flava, apice nigra, obtusa & fere truncata, minus rigida, ut *Cantharidis* speciem dixisse, nisi thorax teres fuisset. *Omnia* subtus & totum corpus nigrum.

## Cantharis.

699. CANTHARIS *Noctiluca* oblonga nigra, thorace fusco postice truncato, pectore anoque slavecente.

*Cantharis fæmina aptera.* *Fn. 584.*

*Ald. inf. p. 492.*

*Column. ecphr. I. p. 38. t. 36.* *Noctiluca terrestris*.

*Fonst. inf. p. 108. t. 14. f. 2.* *Cicindela Mouff.*

*Charl. exerc. p. 47.* *Cicindela*.

*Mouff. lat. p. 109. f. 1. mas. 2. fæmina.*

*Merret. pin. p. 201.* *Cicindela*.

*Wagn. helv. p. 239.* *Cicindela*, *Lampyris*.

*Bradl. nat. t. 26. f. 3.* *A. fæmina.* *B. mas.*

*Raj. inf. p. 79.* *Cicindela impennis* f. *fæmina*.

p. 78. *Scarabæus Lampyris* sordide nigricans, corpore longo angusto f. *Cicindela* mas.

*Dat. pharm. p. 391.* *Cicindela*.

*Suecic Lysmask.*

Habitat æstate frequens in juniperetis supra terram. *It. W:goth.*

134.

*DESCR.* Fæmina elytris & alis caret, constat incisuris undecim; quarum prima est thoracis clypeus incumbens, planus, marginatus, semiovatus, pons truncatus, sub quo caput minimum. *Larva* & *Pupa* & *insectum* perfectum similia, sed larva puncto albo ad latus cuiusvis segmenti, quibus caret